



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. LII. Bononien. seu Nonantulana bonorum de Pepulis. An in
emphyteusi hæreditaria, & ad quoscumque transitoria servari debeat ordo
successionis in investitura præscriptus, prohibita possessoribus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](#)

riam retractus; Nil obstante quod rota in aliquibus decisionibus contrarium teneat, præsertim apud Gregor. dec. 193. quia id rectè procedit in terminis Constitutionis 22. Gregor. XIII. ob prægantiam verborum, nos autem in puncto juris communis, ut advertitur dec. 429 numer. 3. post Cenc. de cens.

Ubi etiam saltum in Urbe ex dicta Constitutio-nis dispositione, vel ratione, aut augmentatione (illæ-sa veritate) etiam in his terminis emphyteuticis, de quibus Constitutio non loquitur, tenenda esset affirmativa; Attamen, adhuc id rectè procedere posset in judiciali subhaftatione, qua fieret ad instantiam alterius, secus autem, ubi ipsiusmet domini qui fruoluisse ipsum rem habere, absque his circuitibus, ob canones non solutos poterat inten-tare devolutionem, atque cum isto medio longè tenuori habere intestum, cum ita res transeat soluta à quibuscumque possessoris hypothecis, oneribus, & vinculis ex regula text. in l. lex vestigoli de pignor. à quibus non solvitur, ubi non jure devolutionis sed emptoris idem dominus rem acquirit, quia non jure suo primævo, et tanquam per resolutionem juris possidentis, sed potius istius jure obtinere dic-tur, juxta distinzione, de qua Surd. decis. 286. Unde propterea istam viam eligendo, declarasse censetur non curasse de ipsa re, dum ipsomet mediante publica subhaftatione, invitatis obla-tores, quos alii esset fallere sub publica fide; Ac etiam quia sibi integrum erat cum aliis in oblatione concurrens, dum allegare non potest ignorantiam actus ad ejus instantiam gesti, ut in proximis terminis Gratian. discept. 544. nu-mer. fin. Postius de subhaft. inspect. 36. num. 32. ubi quod habens jus prælationis si eligat viam concur-rendi cum aliis in subhaftatione, & patiatur supera-ri, amittat tale jus, ad quod allegat dec. 184. nu. 14. par. 1. rec.

Et in terminis magis proximis prælationis non competent Principi domino directo, si ad suifisci instantiam fiat subh. statio Franch. Marib. dec. 325. num. 4 lib. 1. & cæteri apud Nigrum de laudem. tom. i. quæst. 37. num. 46. & in proposito tanquam abso-lutum præsupponere videtur N'ger ubi suprà tom. 2. quæst. 14. num. 54. atque istam credebam esse ve-ritatem ex dicta satis congrua ratione, quod ita ip-somet diversum animum declaravit. Et clariss ex alia magis convincenti, quod ipsomet invitavit ob-la-tores non deludeados sub fide publica, cum aliis ponderationibus, que habentur d. tit. de servituti-bus ad materiam retractus.

In quadam alia Romana vinea pro Cæcilia Andreass cum Christophoro Cincio coram A. C. di-cebam hanc prælationem non competere in casu alienationis, qua fieret in personas comprehensas in vestitura non omnino extraneas, quia ratio dicta leg. fin. fundatur in ea ratione, nè dominus teneat habere emphyteutam ignotum, & minus gra-tum, quod dici non potest de personis in investitu-ra comprehensis, quos omnes velle in emphyteu-tas ab inicio concessionis declaravit, ut post Clar. & alios latè Fulgin. de emphyt. ist. de laudem quæst. 8. num. 29. & 30. & de alien. quæst. 1. num. 193. & seqq. ubi quod isto casu absque alio domini assensu licite fieri potest alienatio etiam in remotores, Ut enim alibi hoc eodem titulo advertitur, prohibita inter-versio ordinis, seu proximitatis percutit ipsos vo-catos inter se, juxta notata in l. unum ex familia ff. de legat. 2. & frequenter sub tit. de fideicommissis, sed de hoc nil pertinet ad dominum, cuius respe-

ctu omnes de genere vocato nulla datus est duum vel proximitatis discretione sunt ejusdem qualita-tis, eique sufficit non egredi genus à se volunt, & transire bona in personas ignatas, & nolitas, de quo etiam habetur in Asten. sub edit. ab fund. d. sc. 108.

Item in alia Romana prælationis pro Petro Echi-hardo, scribendo ad favorem domini prælationem petentis, difficultas erat in lapsu termini duorum men-tium à die scientiæ, quem tamē non obstat dicebam. Tum quia, cum de jure, ac etiam ex pacto expresso sub clausula, & non alia, requireretur domini assensus; qui stante dicta clausula necessarius est, quamvis alia de jure non esset requisitus, ex parti-um voluntate potius, & tanquam conditio, quam ex juris dispositione, utique dici non poterat ven-ditio perfecta, & ante perfectionem non currit tempus Millon. decis. 446. adden. ad Buratt. dec. 937. num. 14. & seqq. Tum etiam quia cum textus in d. l. fin. prescribat certam formam denunciationis, ibi, disponimus attestacionem domino transmitti, quod etiam habetur in cap. pointis extra lucas, ibi, requi-sito, eique nunciato, sequitur solam scientiam non sufficere, sed terminum esse computandum à die servata formæ denunciationis, ut in specie in Ro-mana prælationis 24. Februario & 20. Iunii 1644 co-ratt Roias inter suas decis 229. & 246. Et in terminis prælationis competentis creditori censuario in em-pitione fundi censiti ex Bulla Pii V. stante dicta ra-tione quod certam formam præscribat Ottobon. decis. 268. quæ est in Verulana molendini confirmata 28. Iunii 1652. & 24. Martii 1653. coram Peutin-gerio.

BONONIEN.

S E U

NONANTVLANA BONORUM DE PEPULIS

P R O

P F P U L I S

C U M

G O N Z A G H I S.

*Casus disputatus coram A. C. & resolutus
pro Gonzaghis.*

An in emphyteusi hereditaria, & ad quoscul-que transitoria servari debeat ordo suc-cessionis in investitura præscriptus, pro-hibita possessoribus facultate alienandi, seu alia disponendi. Vel potius idem ordo præscriptus censeatur in casu successionis ab intestato, non immutata emphyteusi natura.

De transactione inita per emphyteusis possessorum, An & quando præjudicet successoribus ab investitura vocatis inde-penderter ac jure proprio venientibus.

S U M M A R I U M.

¹ Acti series.

² Ex quibus probetur emphyteusis heredita-ria.

³ Bona emphyteutica Abbatis Nonantulana sunt hereditaria.

K 4

4 Ordo

- 4 Ordo succedendi prescriptus in investitura emphyteutis hereditaria quomodo intelligendus veniat.
 5 De eodem contra d. num. praeced.
 6 Quomodo in regnalandis auctoritatibus decisionum & consiliorum procedendum sit.
 7 Sepe deducunt motiva parum tuta, & de ratione, & an & quando id liceat.
 8 Expenditur cons. 573. Surdi, & quomodo intelligatur vocatio masculorum ad emphyteusim exclusis feminis.
 9 In emphyteusi non datur representatio, & quando hoc detur,
 10 Quod transactio non afficiat successores in fiduciis, commissis, feudo, vel emphyteusi.
 11 Subsinetur, nisi accedit quale quale dubium, etiam dictum unius Doctoris.
 12 Datur distinctione, quomodo ista conclusio procedat.
 13 Datur distinctione dubitatis quia necessaria est in una vel altera specie transacti.
 14 De judicio preventivo seu de futuro.

Hieronymus

Scipio		Fabius
Hieronymus	Cæsar	Thadeus
Hercules	Jo. Paulus,	Hieronymus, Camillus
Odoardus		Julia
Philippus Candidus	Fratres de Gonzaghis	
Hercules & fratres		
de Pepulis		

DISC. LII.

Nvestitus fuit Hieronymus de Pepulis ab Abbe Nonantulano de controversis bonis juxta consuetam investitura formulam pro heredibus & successoribus quibuscumque, ea tamen particulari legere, ex ipsius acquirentis providentia adiecta, ut prima successio esse debeat masculorum, exclusis feminis, subsidiari tantum, & in defectum vocatis, in quarum etiam defectum venirent heredes. Obvenerunt haec bona in Joannem Paulum ex colonello Fabii unius ex duobus dicti primi acquirentis filiis, eoque defuncto, superstité solum Julianam, Hieronymus & Camillus agnati ex eodem colonello Fabii communis stipitis, tam in ipsis bonis emphyteuticis ex lege investiture, quam in aliis in differentibus ex jure fideicommissi, item contra dictam Julianam excitarunt, sotipam per concordiam, qua mediante omnia bona tam emphyteutica, quam indifferenta, & qualiter divisa fuerint, unde propterea sequuntur est, medietatem hujusmodi bonorum emphyteuticorum remansisse penes Julianam, à qua transitum fecerunt in fratres de Gonzaghis Principes Bozzoli ejus fratres uterinos & heredes, contra quos, in eisdem bonis ex lege investiture Hercules & Fratres de Pepulis ex linea seu Colonello Scipionis alterius dicti acquirentis filii, juxta praefertam arborum, judicium iustitie runt coram A. C. à quo post plures disputationes prodit sententia reorum conventorum absolutioria, à qua commissa fuit causa appellationis in R.

ta, ubi pendet absque prosequitione, super quæ actores adhuc sunt indeterminati.

In his autem disputationibus, tres fuerunt puncta, seu inspectiones, Primum super natura hujusmodi bonorum emphyteuticorum, an scilicet emphyteusis esset pacti & providentiae, vel potius mere hereditaria ad quoscumque transitoria. Secundum quarenus esset hereditaria, an obstatet dictus successionis ordo in investitura prescriptus, & quando ille locum habere debeat. Et tertium demum, an obstatet transactio inita cum dictis aliis agnatis, quæ actores afficeret, quamvis independenter, & ex propria persona iure investituræ venientes.

Quoad primum, platum erat, hanc emphyteusim esse de sui natura hereditariam, ad quoscumque transitoria. Tum ob expressam stipulationem pro heredibus & successoribus quibuscumque, Tum ob clausulam ad habendum, & clarus ob expressam declarationem, quod deficientibus masculis & feminis, bona transitum facerent ad extraneos heredes, unde propterea intrabat regula textus in libro antille ff. de legis tertio, quod in claris non iatrant presumptions & argumenta; Accedente etiam generali, & regulari natura hujusmodi bonorum Abbatis Nonantulana, ut sint potius hereditaria, quam pacti, & providentiae, nisi diversa specialis investitura formula limitationem suadat, ut firmatur in Nonantula dec. 294 par. 2. rec. aliis 296. par. 3. & habetur particulariter actum in Nonantula hoc eodem iure dict. 27. unde propterea ordinatus proveniebat magis à providentia acquirentis, quam à voluntate concedentis, seu à natura concessionis, ideoque super isto primo punto satis modica fuit quæstio.

Quoverò ad secundum, dum prefatus ordo succedendi proveniebat non ex natura emphyteusis, sed ex voluntate acquirentis, scribentes pro reis consentis, totum fundamentum constituebant in speciali auctoritate Surdi cons. 573. num. 21. & sequen. ubi quod hujusmodi succedendi ordo prescriptus in investitura de sui natura hereditaria, intelligendus venit in casu mortis ab intestato, nulla inter vivos, vel ultimam voluntatem facta dispositione, secus autem ista accedente, stante praesertim clausula ad habendum, concedente liberam disponendi facultatem, quæ aliis fatua remaneret, & ex aliis fundamentis ab eodem auctore deductis, cum quibus tam scribentes quam iudex procedebant, dum dictus Joannes Paulus in testamento disposuerat ad favorem filii; Licet enim prætenderetur etiam quod femina linea in quam bona ingressa erant, præferri deberet masculis aliarum linearum ad quas transitus dari non debet, nisi linea admissa totaliter evacuata, quodque ordo prælativus intelligatur discretivè in propria linea, Attamen hoc motivum verè nullam habebat sufficientiam, neque scribentes magnum in eo constituebant fundamentum, dum agebatur de unica linea per unicum stipitem constituta juxta hodie receptissimam, & indubitatem distinctionem.

Scribens autem pro actoribus, cum sensu etiam veritatis, dicebam dictum motivum deducendum ex cons. 573. Surdi probabilem non habere sufficientiam, unde quando ad illud causa refringeretur, pro actoribus omnino responderi debuisset, qualitas enim hereditaria attenditur ac operativa remanet in ordine ad ipsum dominum investientem, ne adeo restrictam successionem pretendere valeat, seu disponendi facultatem impediri contra formam investiture, Secus autem quoad legem seu

seu ordinem successionis adjectum per primum acquisitorem titulo oneroso, qui, ubi etiam in ordine ad ius dominii investitura esset in forma paci & providentiae, adhuc in praedium successorum disponendi facultatem haberet, multo magis ac indubitate in hereditaria: Unde propterea, si in reliquis ejus bonis allodialibus & indifferentibus, iure cuiusdam impliciti fideicommissi hunc ordinem praescribere potuit, nulla videtur subesse ratio, cur & idem facere non potuerit in hujusmodi bonis, cum, (quicquid aliqui dubitaverint) hodie receperissimum sit, fideicommissa etiam per actus inter vivos ordinari posse; Et quemadmodum emens bona libera & indifferentia pro se & heredibus quibuscumque omnino liberae dispositionis in oratione ad venditorem, non prohibetur in ipso actu emendari in ipsomet instrumento fideicommissum ordinare, ac succedendi ordinem inter suos praescribere, ita in praesenti, ideoque punctus mihi videbatur dubitatione indignus.

Quatenus vero pertinet ad dictam specialem auctoritatem *Surdi dico conf. 573.* omissa consueta responsione consulentibus congrua, super suspecta eorum auctoritate, ut potest ad pecuniam, vel causa oportunitatem ponius quam ad veritatem, Isto praesertim casu verificari observabam id quod frequens mea est dicendi ac exaggerandi consuetudo, quod scilicet in metiendis, tam decisionantium, quam consulentium auctoritatibus, nullatenus attendenda sunt propositiones in decisione vel consilio deducta, principaliter & de per se, sed inspiciens est totus casus, in quo decisio seu consilium prodiit, spectatique omnibus factis circumstantiis, ac facta earum comparatione cum illis casus controversi, ad effectum inspiciendi, an ea, que ibi dicuntur, adaptentur ad rem; Frequentissime siquidem contingit easdem propositiones, in uno casu ut potest congruentes, recipienda esse, in altero vero qui similissimus, ac per se identicus videatur, ob aliquam diversificantem circumstantiam esse omnino incongrua, Atque ex hoc moderno pragmatice omnino damnabilis stylo insistendi in sola superficie specialium seu individualium auctoratum, toti jurisartum aequivoqua resultant.

Ac etiam quia Consulentes quamvis ad veritatem, ob varietatem ingeniorum, & quia plerique judices, bona & solida motiva non capientes, levia & fallacia amplectuntur, plura cumulant bona & mala, ut istis mediantibus, illa quae alias respuerentur, locum obtineant, ac sibi etiam praeter causam necessitatem obliteret & ad scripturam ornatum plura deducere solent, quae omnia illicita non sunt juxta magistralem traditionem *Io. Andr. in Cap. pertus num. 7.* qui filii sunt legitimi, quem omnes sequuntur, ut advertit *Apone.* de potestate Proreg. tit. de assensibus regis super doce in rubrica num. fin. 1/2, unde propterea Rota sibi firmavit, non omnes, quod in decisionibus continetur, dici decisionem, sed solum id quod coacernit punctum principalius disputatum, non quod incidenter dedicitur, ut apud *Seraph. dec. 299.* in fine decis. 17. num. 9. par. 2. reo & sibi, quae regula tenenda etiam esset in Consulentibus, quamvis eorum integritatem salvare velimus.

Considerando igitur casum, de quo agit *Surd. d. cons. 573.* dicebam, Autorem, spectata illa facta specie, bene ad veritatem, & justitiam consuluisse ibi enim controversia erat inter filiam superstitem ex filio masculo & herede primi acquirentis, & masculum ex ejusdem acquirentis filia feminam non

herede, unde propter ea bene pro dicta filia masculi consuluit ex duobus solidis fundamentis, Primo ut vocatio masculorum remotorum in exclusionem feminarum remotorum intelligi debeat de masculis agnatis, non de provenientibus ab altera femina exclusa, & deterioris conditionis, de quo etiam habetur apud *Fulgin. de emphytevsi tit. de success. quas. II. num. 1.* Et secundum quia dum emphyteus habet qualitatem hereditarianam, ad eam affirmare non debet, nisi ille, qui est heres.

Unde licet *num. 21.* & seqq. cumulando motivas deducat dictam propositionem, quod scilicet hujusmodi succedendi ordo prescriptus intelligatur, possidente non disponente, Attamen in hoc male loqui videtur, neque ei modo aliquo deferendum esse credebam, Tum quia incidenter, & extra causam necessitatem, atq; ut vulgo dicitur ad impunitam, Tum etiam quia procedit retenta opinione, hodie passim rejecta, quod fideicommissa per actus inter vivos ordinari non possint, Et clarissima quia nullam deductum auctoritatem, vel congruam & concludentem rationem: Quinimodo convincitur de errore presupposito, cum quo procedit, quod scilicet in fideicommissis, in quibus testator alienandi facultatem tribuit, illa ordinata censetur illi casu intellectu, & quatenus gravatus non disponat juxta deducere & per eundem *conf. 96.* quod in fideicommissis expressis & dispositivis seu restitutoris juxta magis communem & in foro receptam opinionem, est omnino falsum, cum id solum intelligatur in fideicommissis conservatoriis, in prima vero specie facultas data intelligitur durante vita & jure possessoris ex plenè deductis per *Bellon. jun. conf. 1.* & habetur frequenter actum in sua materia *sub tit. de fideicommissis praesertim in Rom. fideicom. de Boncompagnis.*

Dificultas vero hujus causa maxima erat, quod actores in hujusmodi bonis, dicto etiam ordine reterto, nullum ius successionis habebant, ob existentiam Hieronymi & Camilli proximiorum Joannis Pauli ultimi masculi defuncti, & de eadem linea seu colonello, & ex quorum iure cessò per concordiam, rei & possidentes bona obtinebant, dum actores cum predictis proximioribus, absque dubio concursus pretendere non poterant ex beneficio representationis, qua non datur in emphyteusi, ex plenè firmatis per *Capyc. larr. decis. 126. volum. 2.* Ac etiam quia agebatur de remotoribus, in quibus, etiam in casibus, in quibus intrat representatione, ista non intrabat, ut potest non excedens fratrum filios, dum non intrabat ratio equalis concursus plurium linearum ad portionem linea defacte juxta casum, de quo habetur formularius actum in *Mutinon. fendorum de Rangon. sub tit. defendit. decis. 8.* solumque dicebam auctoribus expeditare attendendum esse dictum succedendi ordinem pro casu, quo dicta altera proximior linea deficeret, quando auctoribus ius vindicandi haec bona competenter.

Demum quoad tertium & ultimum punctum transactionis, scribens in causa tanquam Advocatus, cum copiosis allegationibus, deducebam ea, quae habentur late cumulata per *Castill. 8. tom. controv. cap. 36. §. 2. Gratian. discept. 476. Rosenthal. defend. cap. 9. conclus. 21. Valleron. de transact. tit. 4. quas. 42. Fulgin. de emphyt. tit. de alienat. quas. 1. num. 278. & sequens. Rolas decis. 312. & alios firmantes ad materiam texti. in *I. Imperator ff. de transact.* ut transactio inita per possidentem, feudi, emphyteus, fideicommissi, majoratus &c. non praedictum*

judicet successoribus ex propria persona venientibus omnino independenter à transigente.

E converso autem scribentes in contrarium insistebarant in firmatis in Boni fideicommissi de Boni filii s. Martini 1662. & 24. Iunii 1663. coram Vero spio, & apud Orthobon. decisi. 25. númer. 16. & in aliis, quod ad subtinendam transactionem sufficit qualis qualis dubietas, etiam dictum unius Doctoris, ideoque dicebant sufficiere dictam auctoritatem Surdi cons. 573.

Utrumque extremum erat vitiosum, quicquid enim in illis majoribus teneant Hispani, ut alia habetur in Camerinen. Castrorum sub tit. de fidei dis. 49. & frequenter sub tit. de fideicommissis, Vera decisio est, istam non esse questionem juris, sed potius facti, & applicationis, an scilicet transactio bona vel mala fide inita sit, ut primo casu afficiat successores, secus autem in secundo, ut in terminis feudorum ex Cyriac. controv. 3. & aliis formiter auctum habetur in dicta Camerinen. tit. de fidei dis. 49. Et in terminis fideicommissorum, seu donationum, aliorumque similium, in Romana successionis de Comitibus 26. Iunii 1647. & 26. Iunii 1648. Ghislerio, impress. post Consal. ad Peregr. dec. 44. & 48. & alibi, que reputantur in materia magistrales, ibique cumulantur Peregr. Fusar. & ceteri, & deinde idem firmatum in aliis praesertim in Romana de Parisianis 27. Iunii 1650. Celsi inter suas decisi. 101. & repetita decisi. 67. par. 1. rec. In Romana manutentionis 27. Martii 1658. Albergato, Romana donationis 1663. Bevilagna, dicta Bononiensis. de Boni filii coram Vero spio, & frequenter sub tit. de fideicommissis, quoniam est distinctio vera & recepta, unde ut dictum est, tota questio versatur in applicatione, an scilicet in una vel altera distinctionis parte versaremur, quod pender a judicis arbitrio, regulando ex facti circumstantiis, suadentibus probabilem timorem futuri eventus litis, unde propterea dici valeat transigentem gessisse partes diligentis patrisfamilias, seu prudentis administratoris ipsius juris administrati nomine omnium successorum, ut ita ponere: in tutto partem, ac se non exponeret periculo amittendi totum, vel e converso adesse posset probabilis suspicio, quod ita collusivè, sub palliato nomine transactio voluntariam alienationem facere voluerit ad proprium commodum, seu in gratiam alterius, supplantando successorem, Et sic totum pender a probabili dubietate.

Circa quam, ut frequenter in pluribus disputationibus super hoc articulo habitis, etiam cum sensu veritatis, dicere consuevi, claro æquivoco laborare videtur dictum assumptum, ut qualis qualis dubietas, ac etiam dictum unius Doctoris sufficiat ad subtinendam transactioem; Duplex etenim dubietas in hac materia consideranda venit, Una de generali natura transactiois, & ad illam subtinendam etiam quoad ipsos transigentes, & habentes causam ab eis, ob juris regulam, de qua in l. 1. ff. de transact. & passim, quod transactio non datur in re clara, & tunc bene dicitur, quod qualis qualis dubietas sufficit, ac etiam timor futuræ litis, & in his terminis procedit dicta propositione; Altera est ad alium effectum subtinendi transactioem in præjudicium successorum venientium independenter ex persona & jure proprio pro regulanda bona fide, & tunc requiritur dubietas, modo quo supra, ut scilicet more prudentis ac boni administratoris negotium gestum dicatur, atque in hoc consistit aliquorum modernorum æquivocum, confundendo istos casus, seu terminos.

Applicando igitur ad rem, præsens transactio, potius mala quam bona fide inita videbatur, Tum quia in puncto juris probabiliora videbantur jura masculorum, quam foeminae ut supra, nullatenus curata dicta auctoritate Surdi ex responsionibus jam datis; Tum etiam quia transigentes non gesserant negotium administratio nomine, ut ita rem utili omnibus successoribus facerent, sed potius proprium, ut ita obtinerent participationem aliorum bonorum allo dialium & indifferentium, in quibus foemina habebat intentionem fundatam in præsumptione libertatis, neque bene justificabatur fideicommissum, ita ut totum gesserint ad communum proprium & particulare, unde quando difficultas restricta esset ad hunc punctum, causa dici potuisset esse potius in tuto pro hac parte, Verum difficultas erat in eo, quod siue transactio substanteretur, siue non, actores ob existentiam dictorum aliorum proximiorum, quorum iure & nomine rei conventi dicere poterant se possidere, jus de praesenti non habebant, unde omnia haec ad eorum favorem considerata percutiebant solum futuram spem, quandò contingenter casus extinctionis dictæ alterius linea masculinæ proximioris, Et consequenter d. absolvitoria in præsenti judicio mihi quamvis succubenti probabilis videbatur, licet non placenter fundamenta, quibus eadem sententia innixa fuit.

Solumque probabile jus actorum consistet in judicio de futuro, pro declaratione scilicet eorum juris, & pertinentia pro quando sequeretur casus extinctionis dictæ linea proximioris Hieronymi & Camilli, ex quorum iure rei conventi possidebant, idque non solum ob transactiois invaliditatem, seu inefficaciam aduersus venientes jure proprio ut supra, sed etiam quia in omnem eventum, data etiam dictæ concordia validitate, ita cestaverat eius effectus ob deficientiam dictæ Julii fine hereditibus sanguinis, quoniam ubi etiam ratione discretiva, seu ingressus honorum in propriam lineam sui parentis pretendere potuisset prælationem aduersus masculos, & agnatos remotiores aliarum linearum, id non posset operari totalem destructionem dictæ legis investituræ, ac transitum bonorum in extraneos, cum solum percutiat prælationem, & quando transactio id concederet, tunc nullitas esset inevitabilis, quia extra casum dubium.

Ideoque in congressibus post hæc scripta habitis pro directione, mea sententia erat deferendum esse dictum caput judicium de praesenti, suscipendum yerd alterum præventivum, seu de futuro pro obtainenda declaratione super pertinentia illorum bonorum post defactam dictam alteram lineam Hieronymi & Camilli, quo casu mihi videbatur probabilitatem huic pacti affistere.

Et licet aliqui ex nostris dubitarent an hoc judicium de futuro esset exercibile, cum negativam cæteris allegatis latè subtinente disputata questione ad partes Molina de primogen. lib. 3. cap. 14. Peregr. de fidei. art. 4. num. 4. Rovit. ex professo cons. 9. lib. 2. & ceteri in confuso, non distinguendo qui unam, vel alteram teneant, collecti per Amat. resol. 49. n. 26.

Contraria tamen videtur magis communis & recepta, ut aliis relatis probant Suarez. alleg. 4. Fab. de Ann. cons. 126. num. 1. Amat. d. resol. 49. num. 26. & hanc semper admisit Rota tam antiqua, quam media & moderna, ut patet ex dec. 1486. Seraphini in princip. plenè & ex professo in Romana fideicommiss. 31. Ianuarii 1631. coram Motmano, quæ videtur in materia magistralis, ubi contrariis responderet, in came-

Camerinen. fideicommissi 21. Maii 1649. Dunozetto inter suas dec. 828. & in aliis, quia possessori nil deperit, neque de ejus iuribus tollitur.

Clariss vero ubi aliqua justa causa concurrit dissipationis, vel alienationis in extraneos ex collectis per Amat. dicta resol. 49. num. 26. in fine, & ponderatur in d. Camerinen. & hic erat casus ob dictam alienationem in extraneos.

BONONIEN. BONORUM
EMPHYTEVTICORVM
DE CAMPAGGIIS
S E V
THOMA ET ALEXANDRO
DE CAMPEGGIIS
C U M
BENTIVOLIS. ET MENSA
ARCHIEPISCOPALI.

Casus decisus per Rotam, ut infra.

Quando per divisionem factam de re emphyteutica inter plures in investitura comprehensos, renunciatum censeatur nec ne juri de futuro competenti ratione juris accrescendivel successorii, deficiente uno ex devidentibus.

Alienans bona emphyteutica per divisionem in ejus portionem obvenia. An censeatur alienans tantum suum jus emphyteuticum pro tempore sua durationis absque prajudicio agnatorum, ita ut istis vendicantibus, non intret evictio tanquam ex natura rei.

Et de validitate vel invaliditate concessionis emphyteuticae factae per Ecclesiam. Et aliqua de jure seu actione competente proximioribus pro renovatione contra tertium.

S U M M A R I U M.

- 1 Acti series.
- 2 Referuntur decisiones causa.
- 3 Sententia transacta in judicatum & observata firmat statum, ac facit ens de non ente.
- 4 Sententia sine actus non probat nec attenditur.
- 5 Declaratur ubi est antiqua.
- 6 Et de alia declaratione.
- 7 Depresumptione coadjuvante sententiam.
- 8 Quando dicantur bona solita concedi, ut non requiriatur beneplacitum.
- 9 Beneplacitum presumptum sublatum fuit per Constitutionem Urbani Octavi.
- 10 De investitura abusiva seu preventiva, prima investitura adhuc durante.
- 11 Sub generationibus an comprehendantur activa, & computetur persona ipsius acquirentis.
- 12 De renovatione debita proximioribus finita concessione.
- 13 Pro ea quale remedium, seu actio competit.
- 14 Quando dicta renovatio non intret.
- 15 Quanto tempore duret jus petendi renovationem.
- 16 Distinguuntur plures species renovationis, & de prima specie prefinitionis temporis ad eam per-

- rendam post finitam investitaram.
- 17 De altera specie renovationis petenda per novum successorem.
- 18 De terciaria specie singularis quibusque temporibus investitura durante.
- 19 An ob non peritam renovationem juxta tertiam speciem intret caducitas.
- 20 De clausulis ad habendum & alio, ex quibus per divisionem censeatur remissum usum emphyteuticum vel fideicommissum & num. 26.
- 21 Quomodo decidenda sit questione, an per div. si nem censeatur remissum fideicommissum.
- 22 Substantia voluntatis potius attendi debet, quam figura verborum.
- 23 Quacircumstantia potissimum spectanda sint, ut per div. si nem censeatur remissum jus nec ne.
- 24 Regula est, ut in dubio per divisionem non inducatur remissio juris de futuro.
- 25 Inclaris non intrant argumenta.
- 26 Declarantur deducta num. 20. super operatione clausula ad habendum, & aliarum clausularum.
- 27 De aliquibus considerationibus pro remissione.
- 28 Et econtra pro non remissione.
- 29 Pretium est argumentum voluntatis partium.
- 30 Quomodo intelligenda sit renunciatio seu remissio jurium & bonorum, quorum extirpet non sunt capaces.
- 31 De non praekanda evictione de natura rei.
- 32 Quando censeatur venditum solum jus proprium, vel & pleno iure.
- 33 Ubique emphyteutis alienatur, & accedit assensus domini, attenditur linea novi aquirentis.
- 34 De natura bonorum emphyteuticorum Bononiae.
- 35 De questione, an deferendum sit Capituli, vel instrumento, & de attendenda potius substantia voluntatis, quam si iura verborum & clausularum.

D I S C. LIII.

D E anno 1546. Cardinalis Campeggius Episcopus Bononiensis, duplice fece concessionem emphyteuticam Antonio Mariae Campeggio, Uiam tornatu arum terreni 307. pro se ejusque filius & nepotibus per rectam lineam descendentes usque ad tertiam generationem. Alteram vero tornaturarum 2500. pro univera linea masculina in perpetuum; Ex dicto autem Antonio Maria superstites fuerunt tres filii, nempe Balthasar, Vincentius, & Annibal, cumque defuncti essent Vincentius & Balthasar, suos eritis ex isto Jo. annie, & Rodolphi & ex Vincentio Alexander, inter istos de anno 1575 ac Ambalem superstitem deventum est ad divisionem omnium bonorum, tam liberorum, & aliorum, quam hujusmodi emphyteuticorum, atque in instrumento divisionis, juxta amplum formularium Bononiense, adiecta fuerunt clausule imponentes liberam dispositionem de cuiuslibet portione, pro se, ejusque heredibus & successoribus quibuscumque cum reciproca evictione in forma, Alexander vero cum consensu, ac etiam obligatione dictorum Annibal, Jo. & Rodolphi vendidit de anno 1590. bona emphyteutica praedicta per divisionem in ejus portionem obvenia Bentivolis, unde extincta dicti Alexandri linea masculina per obitum Hieronymi ejus filii, Marchio Thomas, & Alexander fratres de Cam-